Salmanticen. Visitationis die 24 februar. 1592

Dictu fuit consideratis omnibus per sacros canones & DD. ad faciendam uisitationem generalem requisitis Epm illam minime fecisse taliter, ut potuerit deuenire ad uisitationem particularem forma enim a iure perscripta est, ut uisitata ecclesia prius ecclesiae capitulum uisitetur quaerendo de uita & conuersatione ministrantium in ecclesijs & locis alijs Diuino cultui Deputatis absque coactione & exactione cuiuslibet iuramenti ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc leuia nunc aspera per data sibi a deo prudentia & postea si de aliquibus orta fuerit infamia poterit contra eos deueniri ad particularem. c. 1. in pr. & § sane de censibus in 6. Abb. in su. de off. ordin. § sunt autem quidam. ad l. 4. Seluester in uisit. § 4. Socinus de uisit. n° 8. & 28. l. 6. tt 22. a 1. Cuius in inst. cano. de uisit. n° 72

Praeuia igitur generali uisitatione capituli erit deueniendum ad uisitationem specialem ex his quae emergunt ab ipsa generali d. § sane & quod si de aliquibus est enim generalis inquisitio praeparatoria, ut deueniatur ad specialem Sald. in l. iuuem. n° 6 & 8. C. de pbat. Abb. c. 1. n° 6. de off. ordi. felin. in c. inquisit. ... Marata in specul. tt. iudiciu infamiam n° 7. & 163 cum seq. n° 85.

Igitur cum eps. non uisitauerit capitulum inquirendo generaliter non potuit deuenire ad uisitandum particulares de capitulo qui ordo adeo est substantialis, ut eo praetermisso processus sit nullus. Domin. in c. 1. n° 4. & ibi franc. decet. in 6.

Neque obstat adducta per parte D. episcopi quibus fuit responsum d. c. 1. & DD. ibi dicentes prius deberi uisitari capitulum loqui de capitulo capitulariter congregato non autem de particularibus personis ipsius capituli separatis una ab alia, ut licet uidere per eorum lectionem, & probatur etiam quia illud nomen capitulum est nomen uniuersitatis & aliud persona particularis de uniuersitate Ant. Gabriel. comm. opin. tt. quod cuiusque uniuersitat. & sic cautum fuit per sacros canones Episcopum dum uult uisitare capitulum non posse illud conuocare ad domum suam, sed ipsum debere accedere in loco capitulari, esset enim aliter maximum inconueniens. d. c. 1. in pr. § accedere. & ibi Dom. n° 8. fran. 2. Socinus § n° 26. Cuius 83. & solum archiepo permittitur episcopum secreto uisitare extra capitulum quod si uelit in capitulo poterit, sed dicitur decentius secreto interrogare Domin. d. c. 1. § denique n° 14. & ibi fran. n° 3. & sic quoad omnes manet firma regula quod non secreto sed in capitulo capitulariter congregato uisitandi sint & exceptio firmat regulam in non exceptuatis. & ita fuit declaratum per Illmos Card. inter epm. & capitulum Abulense ita

Ampl. tuam nō posse visitare intus domibus episcopalibus, sed cū visitare voluerit capitulū debere accedere ad locū suū, quo scilicet capitulares cōgregari & eorū actus expedire cōsueverūt si tamē id cōmode fieri poterit, sin minus ad aliū cōgruū & cōmunem. Sed nō teneri accedere ad locū capitularē quoties prosequi velit visitationē alicuius particularis personæ de capitulo.

Neq. ulla causa legitima econtrario obijcitur cū & memoria viri fœlicis record. Pij V. in visitat. Capituli Basilicarū Lateranē. & Vaticanæ personaliter accessit ad loca capitularia iuxta formā iure præscripta quia etiā in Hispania servari probatur l. 6. & 7. tit. 22. p. 1.

Nihilominus autem visit. quæ fit in loco capitulari debere fieri interrogates de vita & moribus ac alijs particularitatibus, ut eadem oriātur indicia ad devenie. ad particularē visitationē & are inde l. tamē & ita nō s. ubi ait dictas interrogationes fieri debere absq. conclusione natalis Gemini n. 2. & fieri necnon sufficit accedere ad capitulū pro exorta dictione nisi etiā fiat interrogatio ut s. fuit dictū. nec sufficit incipere visitatem generalem. nisi etiam perficiatur ut tradūt s. citati & probatur quia in actibus cōsistentibus in facto a quid est data vel factū attenditur finis nō autē principium gl. in verbo Electionis circa fi. in c. dudū de elect. & ibi Abb. n. 11. & sequentibus.

Deinde Visitatem fieri nō potuisse per edicta monitia tam laicos quā clericos ad revelandū ea quæ sciunt Socin. de vis. d. n. 28. Cucc. n. 80.

Et licet verū sit proponi posse edicta monitia clerū & populū, ut certa die paratus sit subijcere se visitationi ne quis prætēsa ignorantia se abscōdat Cucc. s. n. 66. nō tamē potest alia edicta proponere monitia populū ad revelādū ea quæ sciūt quod quidē iure prohibetur & ita Ill.mi Cardinales declararūt. Licere edicta proponere, sed nullo modo provocare populū ad denūtiandū, multoq. id minus proposita pœna excomunicationis.

Neq. obstat d. c. 1. in pri. ibi Consolū circa clericos & § deinde. & in. 10. q. 1. placuit. quia dicti canones aperte dicūt nō solū clerū sed etiā laicos visitandos & tali visitatē etiā vocādos, sed nō dicūt quod in visitate clericorum sint vocandi laici maxime ut revelēt ea quæ sciūt cōtra clericos. Imo expresse dicūt quod nō eadē die sed separatim et secunda debet fieri dicta laicorum visit. d. c. placuit.

Fst. 8 Cucg.s n.o 89

Opponitur quadã sñia Altamirani in ttu de Visitate. cui facile posset respõderi nihilominus cũ est libera D. D. N. prohibitur nulla fuit eius ratio habita

Et sic fuit resolutũ cõtra epm.